

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**


**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Musicam diis curae ecce. Emblema CLXXXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

MUSICAM DIJS CURÆ ESSE.  
EMBLEMA CLXXXV.



**L**OCRENSIS posuit tibi Delphice Phœbe cicadam  
 Eunomus hanc, palma signa decora sua.  
 Certabat plectro Spartyn commissus in hostem,  
 Et percussa sonum pollice fila dabant.  
 Trita fides rauco cepit cum stridere bombo,  
 Legitimum harmonias & vitare melos.  
 Tum citharæ argutans suavis sese intulit ales,  
 Quæ fractam impleveret voce cicada fidem:  
 Quæq; allec̃ta, soni ad legem descendit ab altis  
 Saltibus, ut nobis garrula ferret opem.  
 Ergo tuæ ut firmus stet honos, ò sancte, cicada,  
 Pro citharâ hic fidicen aneus ipsa sedet.

**I**MAGO huius Emblematis cernitur in veteri gemma sarda incisa, apud D. Laurentium Pignorium, quam Romę natum se, cum alijs plerisq; venerandę antiquitatis cimelijs, asserit; proinde hanc ita hic appingi curavit, secus quam habet ceterę editiones. Verum quia de Musica incidit mentio, vt aliquid de instrumentis musicis dicamus, pictura hec requirere videtur. Instrumenta itaq; musica sunt triū generū, vt in Protheoria in Psalmos scribit Chrysoctomus: Vel *ἠμυσόμενα*, Athenæo, siue *ἠμπνευσα*, quę statu complentur: Vel *ἔντατα*, siue *ἐγγχερσα*, quę neruis intenduntur: Primi ordinis sunt tuba, tibia, fistula classicum, buccina, cornu, lituus. Secundo ordini debentur lyra, cithara, testudo, psalterium, nauium, sambuca, pandura, pectis, barbiton. Ad tertium referuntur tympanum, sistrum, & cymbalum. Nostram citharam (de qua nunc agimus) ex secūda classe instrumentorum esse vt non est dubium, ita quodnam illud sit in tanta varietate maximē controuersum. Nos de singulis illis aliquid dicemus, quō liberum quisq; de eo possit ferre iudicium. Lyra itaq; & citharę nō paruum est discrimen, quamuis Grammatici ferē cōfundant, inter quos est Eustathius, qui sic scribit: *χίλυς* cithara dicta est, eō quoddam testudinis testa iugo addita, fidibusque tensa, lyram deformauit. Et rursus: Chelyn, hoc est, lyram, ē testudinis testa factam scribit. Cui sententię videri potest subscribere Horatius, qui Mercuriū curiæ lyrę parentem nominat lib. 1. Odarū, at lib. 3. testudinem illi attribuit Diuersas facit Plato. Quid, quo Diōdorus lyram trichordon fuisse insinuat, ad citharam siue testudinem septem neruis instructam Horatius? quo modo *φάρμιγγα ἑπτάχλωστος*, id est, septenos edere tonos Pindarus ait. D. tertis quoq; verbis Lucanus in carmine ad Pisonem (quod non sine manifesta iniuria possestū hactenus ab Ouidio auctori suo restituit Hadr. Iunius) edocet illud discrimen: nam chelyn siue testudinem digitis aut pectine pulsabant, lyram pellebant. Versus eius sunt: *siue chelyn digitis, & eburno verbere pulsas.*

Instrumenta musica triū generū

Lyra.

Chelys.

Et mox: *Nec pudent pepulisse lyram* Seneca etiam chelyn plectro verberari: D. Clemēs *πλήκτρον κρεσθαι*, id est, plectro pulsari dicit. Cithara Platoni dicitur *Ἰάλ* Cithara; *τιγξ*, Suida *φάρμιγγξ*. Homero *χίλυς*, à *χελώνος*, id est, testudinis testa; Cicero testudo, à forma; Virgilius periphrasticē citharam *canam testudinem* dixit. Eusebius lib. 10. *φάρμιγγα* à cithara aliquantulum discrepare iudicat, non tamen explicat. Nebi isensis Hispanicē *Vihuelam* esse nostram, Hieronymi fortē verbis persuasi, qui citharam deltoii figura describit, cum chordis vigintiquatuor: ad quam accedit instrumentum illud, quod vulgō Virginale, & Claucecymbalum nominatur, *Clau-* Gallis *Esfineta*. Psalterium musicum est *cymba-* instrumentum ab Hebręis Nebel, aut (vt *lum.* Chrysoctomus annotat in librum Psalmi *Psalterium*) *ναύλα*. *Ἰαλμοκίνητον λύραν* qui- dam dixit in illis versibus:

--- τὸ πνίματος  
τὰ θεῖα τὸ ἄκβίλι τὴν  
ἔδαβιδ Ἰαλμοκίνητον λύραν.

Describit autem Chrysoctomus in Protheor. ad Psalmos ita: Psalterium instrumentorum vnum est, quę fidibus tenduntur, sed erectum (eam enim *εἰρδία μελο-* *νας*, quam Plutarchus Terpanio inuentori tribuit, significationem esse censet Iunius, quę rectis, non iacentibus aut obliquis fidibus editur) cuius sonus astringens ē superiore parte redditur. Habet autem decem verticilla, quę in iugo ipsius vertuntur, totidemq; chordas sono dilares: (hinc decachordi psalterij fit mentio in Psalmis) dextra autem plectrum tractabat, laeva astringens chordis oberrans per interualla, digitosq; frequenter transponens, vel grauem, vel acutum, mistumque sonum excitabat. Hactenus ille. D. Hieronymus psalterium in modum Δ literę compositum ait. D. Augustinus scribit, psalterium habuisse superiore in parte sonorum lignum, quasi tympanum, cui neruorum series incumbat, vt meliorem sonum reddat, quod lignum in cithara inferius sit. Hinc tete statuere licet psalterium esse Harpam, tametsi pluribus hæc instrumenta fit chordis. Alij instrumentum illud, quod

Testudo.

Harp.

quod eodem ferè vocis sono Psalteriũ aut Plalterinum vocatur, esse existimarunt. Porro γάβλιον, siue γάβλαν, vt Clemens, & ex eo Eusebius scribunt, vel γάβλα, vt apud Plutarchum est, Hesy chius ambi- guè & citharam & psalterium exponit. Rursus organi genus musici aspero sono, quod Cappadocum inuentum esse volue- runt, vt Sidoniorum Sopatus, Naulium dixit Ouidius illo versũ :

Disce etiam duplici genialia vertere palma Naulia, conueniunt dulcibus illa modis.

Nauliũ.

Sambuca.

Sambuca triquetrum instrumentum, im- paribus longitudine fidibus, σαμβυκη Athenæo, Nebrissensĩ Hispanicè vocatur Campoia. Athenæus instrumentum esse acuti soni & argutum, tetrachordum scri- bit. Italicè Sampogna. German. Leyre. Pan- data instrumentum est triplicibus fidibus tensum. Pectis instrumentum musicum cum Psalterio commuue quiddã habens, vsq; adeo vt psalterium interpretatus sit Apollodorus, Lydorum inuentum, teste Anacreonta. Barbiton siue barbitos lyri- cum instrumentum, plestro percuti solitum: cuius inuenti gloriam Terpandro tribuit Pindarus, vt Anacreonti Neanthes & Antipater. Marrianus Felix multiforme barbiton dixit, ob varietatem, non forma quidem, sed fortè sonorum. Strabo lib. 10. Sambucam cum barbito eandem esse ait. Halicarnaseus βάρβιτα κίρκην dixit, pro barbita plestris radijsq; percur- rere. Quale nunc hoc, quod hic depictum cernitur, sit ex his enumeratis instrumen- tis, quisq; augurari potest: mihi sanè videntur psalterium.

Padura. Pectis.

Barbiton.

I I. STRABO lib. 6. Geographiæ refert, Rheginum agrũ à Loerensĩ dirimi flui- uio, cui nomen Alex. Cicadas autem, quæ in Loerensĩ versantur ripa, sonantiũ strid- dere, cum in Rhegino sint mutæ. Huius rei hæc esse causam coniectat, quòd Rhe- ginorum regio cum sit umbrosa atq; opa- ca, cicadarum pelliculas humore torpefa- ciat. Easdem in agro Loerensĩ, quòd sit a- prius, Solis arefactas aestu, stridorè aptius emittere. Solinus c. 8. de Italia, aliam red- dit causam fabulosam: Cicadae, ait, apud Rheginos mutæ, nec vsquam alibi. Quod silentium miraculo est; nec immeritò, cum vicina, quæ sunt Loerensium, vltra exte- ras fontent. Causas Granius tradit: cum obmurmurarent illic Hercule quiescen-

Cicada Loerens.

Cicada Rhegin- ses cur mutæ.

te, Deum iussisse, ne streperent. Itaq; ex eo cæprum silentium permanere. Hæc So- linus. De hac taciturnitate cicadarum vi- de etiam Plinium lib. 11. c. 27. & Pausan. lib. 2. de reb. Elaciis. Auget autem mira- culum Rheginensium cicadarum, etiam fabulosè celebrata vocalitas vicinarum. Nam idem Strabo Timæum citat aucto- rem, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Loerensem, & Rheginensem Aristonem in canendi certamen venisse, Aristonem Apollineam inuocasse Delphi- cum, vt sibi canenti foret auxilio, quòd à Delphis olim Rheginenses esse profecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne cer- tandum quidem omnino de musica, apud quos cicada vocalissimũ animal voce ca- reret. Verisq; certantibus cum in Eunomĩ cithara vna inter canendum chorda fran- geretur, cicada superuolans astitit, & vo- cem alioqui defuturam suo cantu suppli- uit. Atq; ita victor declaratus, statum ci- tharædi posuit, cum cicada citharæ insi- dente. Sed cur nõ audimus ipsũ Strabo- nem sua lingua loquentem? Sic enim ille: *ιδεικνυτο δ' ἀνδρίας ἐν τοῖς λοκροῖς ἰουέ- μου τῆ κίθαρωδῶν, τίττιγα ἐπὶ τὴν κί- θάραν καθήμενον ἔχων. φησὶ δὲ τί- μακος πύθιοις τὸ τὶ ἀγωνιζομένοις ἴστον τὴ καὶ ἀρίσωνα ῥηγίον ἴρσαι περὶ τῆ κλήρης. τὸν μὲν δὴ ἀρίσωνα διστάει τῶν δελοῶν αὐτῶ συμπράττειν ἱεροῦς γὰρ εἶναι τῆ θεῆ τῆς προγόνος αὐτοῦ, καὶ τὴν ἀποικίαν ἰθὺνδὲ ἰσάδα. τοῦ δ' ἰουέ- μου φήσαντος ἀρχὴν μὴδὲ μετεῖναι ἐκεί- νοις ἀυτοῖς ἴαν περὶ φωνὴν ἀγωνισμαῶν παρ' οἷς καὶ τίττιγες εἶεν ἀφῶνοι, τῆ ἰουδογγότατα τῶν ζῶων, ὅπως ἰουδοκι- μένο μὴδὲν ἦττον τὸν ἀρίσωνα καὶ ἐν ἰλ- πίδι τὴν νίκην ἔχων νικῆσαι μὲν τοι τὸν ἔυνομον καὶ ἀναχθῆναι τὴν λεχθεῖσαν εἰκόνα ἐν τῇ πατρίδι, ἵπει κατὰ τὸν ἀγῶ- να μίας τῶν χορδῶν βραχείτης, ἵπισας τίτ- τιξ ἑκπληρώσει τὸν φθόγγον.* id est: *Statua- batur apud Locros Eunomĩ citharædi statua, qua insidentem cithara cicadam habet. Scribit autem Timæus, aliquando in Pythiorum certamine illum unã cum Aristone Rhegino venisse in contentionem, uter præmium sortiretur. Aristonem suis precibus Delphorum cines rogasse, vt sibi adessent: maiores enim suos ipsi Deo Apol- lini consecratos, & à Delphis Rhegium mis- sam coloniam norat. Eunomium autem di-*

Fons Em- blematis ex Strabo

Statua Eunomĩ.

uisse illis, nunquam de musca ab eorum  
primordio certamina fuisse, cum quidem  
apud eos cicada cunicorum animalium  
cantu suavissima omnino sonum non habe-  
rent. Nihilominus Aristonem spe victoria  
ad laudem assequendam strenuum: Euno-  
mum tamen victorem declaratum, statuam,  
quam diximus, in patria collocasse. Cum  
enim intor cersandam chorda una fracta  
defecisset, cicada supernolans adfuit, qua  
supplementum vocis faceret. Haecenus  
Strabo. Certè hoc Epigramma Latio do-  
natum, & aliquot versibus ab Alciato co-  
cercitum, legere est in sectione quarta Gre-  
corum Epigram. titulo εἰς κιθάροδον,  
quod huc attribam.

Typus  
Emble-  
matis.

Εὐνομον, ὃ πολλόν, σὺ μιν οἶσθ' ἄγε,  
πῶς ποτ' ἰνίκων  
σπάρτιν ὁ λοκρὸς ἰγὼ πειθομένοισι δ'  
ἰρία.  
ἀϊόλον ἰν κιθάρα νόμον ἔκρενον ἰν δὲ με-  
σεύσῃ  
ῥῆθ' μοι χορδᾶν πλάκτρον ἀπικρί-  
μασεν  
καὶ μοι φθογγὴν ἰσοῖον ὀπανικά καιρὸς  
ἀτῆται,  
εἰς ἀκρᾶς ῥυθμῶν τῶτ' ῥεκλῆς ἐκ' ἔμενον.  
καὶ τις ἀπ' αὐτομάτω κιθάρας ἐπὶ πῆ-  
χυν ἀνασᾶς  
τίττιξ, ἰτλήρου τῶτ' ῥεκλῆς ἁρμονίης ἰ-  
νεύρα γὰρ ἰξετίνασον· ὅθ' ἰελοματας  
δὲ μελοῖματ'  
χορδᾶς, καὶ τούτῳ γῆρυν ἰκίχραμεθα.  
ἄρως γὰρ ἰμᾶν μελίταν ὁ μεσαμβρινὸς  
ἔρεσιν ῥῆθ' ὅς  
τῆνο τὸ ποιμενικὸν φθίγμα μετρη-  
μόστατο.  
ἴ μιν ὅκα θηγγίτο, σὺν ἀψύχῳ τρέκα  
νευραῖς,  
τῶ μεταβαλλομένῳ συμμετίπειπε  
θρίφ.  
τῆνεκα συμπαύων μιν ἰγὼ χάριν. ἔς δὲ  
τυπωδᾶς  
χάλκεος, ἀμετίρας ἔζεθ' ὕπὲρ κιθά-  
ρας.  
Eunomum, ὁ Apollo, tu quidem nosti me,  
quando vincebam  
Patria Locrensis ego, interrogantibus  
autem dicam.  
Æolium in cithara modum resonabam:  
at in medio  
Cantu, mihi chordam plectrum suscip-  
dit [i. fregit.]  
Et mihi sonum verum [i. paratum] quan-

do occasio postulabar?  
Ad aures numerorū nō verè reddebat?  
Atq; [tunc] quædam vltro citharæ ad cubi-  
tium [siue iugum] exurgens.

Cicada complebat veram harmoniam:  
Nervos enim pulsabam; quando septimæ  
curam haberem

Chordæ, huius voce utebamur.  
Ad meum enim cautum meridiana è mō-  
tibus cantatrix

Illum pastoriciū sonū accommodavit:  
Et quidem cū sonaret, vā cū inani-  
matis nervis

Mutato simul congruebat sono.  
Huius rei causa congruam habeo gra-  
tiam: sic autem formata [i. expressa  
cicada]

Ære, nostra sedet super cithara.  
Eunomus hic ego, scis quo vici tempore, A-  
pollo,

Locrensis: referā ἴς, qui mea nosse volent:  
Æolio ut modulo resonabam, in pectine  
tenta

Conticuit medio carmine fracta fides.  
Me lyra desistit cum non foret ergo necesse  
Et mihi legitimos non dedit illa sonos.

Attamen ad cithara cubitium mihi sponte  
cicada

Adfuit, ut veram redderet harmoniam.  
Chorda fatigabat me septima, quando re-  
pentē

Vox mea supplebat quomodocumque so-  
num.  
Sed mihi cantatrix venit de montibus altis:  
Obtulit atq; suum meridiana sonum:

Egregie reddens medulos, flectebat eosdem:  
Exanimis nervos quodq; referret, erat.  
Ergo habeo grates merito; hincq; expressa  
cicada

Speñatur constans are super cithara.  
Sāctius sic vertit, tantū ut intelligi posset: *versio ἑβ'*  
Eunomus ut Parthini Locrensis carmine *ἑβ'.*  
vici

Delphice scis i dicam ἴς, qui mea facta  
rogant.

Æolico cithara resonabam pectine autum,  
Concentus in medio desitit una fides.

Inde per attentas non ibat dulciter aures,  
Legitimusq; mihi non erat ille sonus.  
Tum cythara cubito sedit sic forte cicada.  
Ut dulcem cantum conderet harmoniam:

Fracta namq; fide rhythmum meditabar  
eundem

Supplere, & netes aequiparare vicem.  
Ecco

Ecce mihi venit cantor de montibus altis  
Æstivus, dulces concinniq; modos.

Extinctis qui voce leni sua carmina nov-  
uis

Arabat, verans qui perviere tones.

Propterea grates solum tibi Delphice; no-  
straq;

Æneus hic cantor desidet in cithara.

Epigram-  
ma Pan-  
li Silen-  
tiarj.

Extat & aliud epigramma eiusdem ferè  
argumenti lib. 6. Ancho log tit. ἀπὸ κισθα-  
ροφῶν, autore Paulo Silentiatio, quod sa-  
le est:

τὸν χαλκῶν τίττιγα λυκάρει λοκρὸς ἀ-  
ράπτη

Εὐνομος, ἀλλοσύνας μνάμα φιλοσο-  
φανε.

ἦν γὰρ ἀγὼν φόρμιγγος· ὃ δ' ἀντίος ἴσα-  
το πάρος.

ἀλλ' ὅκα δὴ πλύκτρω λοκρὶς ἔκρηξε  
χίλυς,

βραγχῶν ἑτηρηγυία λύρας ἀπεκόμπασε  
χρῆσά.

πρὶν δὲ μίλος σκάζειν εὐποδὸς ἀρμο-  
νίης.

ἄβρὸν ἱπιτρύζων κιθάρας ὑπερίζετο  
τίττιξ,

καὶ τὸν ἀποιχομένην φθόγγον ὑπῆλθε  
μίτε.

τῶν δὲ παρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσεσιν  
ἀγρότιν ἠγῶ;

πρὸς νόμον ἀμετίρας τρίψι λυρακτυ-  
πίης.

τῷ σε μάκαρ λητῶι τῷ τίττιγι γε-  
ραίρει,

χαλκῶν ἰδρύσας φθὸν ὑπὲρ κιθάρας.

Quod ferè ad verbum sit sonat; versu au-  
tem hic expressit ipse Alciatus:

Aream cicadam Lycorci Locrensis suscitāt  
Eunomos, monumentum certaminis co-  
ronarium cupidi [id est, victoriæ af-  
fucti]

Erat autem certamen cithara: ἐν contra-  
rius stetit Parthys.

Sed cum plectro pulsata resonaret Lo-  
crensis chelys,

Chorda lyra stridens raucum sonū edidit.

Hinc claudicabat melos harmonia prius  
integros pedes habentis. [id est, per-  
fecta]

Delicatum admurmurans cithara infedis  
cicada,

Et absentis fidis sonum subiuit.

Namq; in saltibus resonabat rusticæ echo,

Secundam legem pulsus lyra nostra mu-  
zabat.

Te, beate Latona fate, tua cicada ornat,  
Æreum collocans cantorē super cithara.

Ceterum de Eunomo Antigonus, Serabo,  
& Clemens Alexandrinus initio statim o-  
rationis, qua Gentes hortatur ad pietatem.

Repete etiam proverbia, *Acanthis cicada*.

& *Chorda vice*. & *Ad fractam canis*.

& *Cicada vocalior*. Vide insuper Pierium  
lib. 26. Hierogl.

LOCRENSIS Eunomus] Locris regio  
proxima Phoc. di. cuius populi Locri, siue  
Locrenses dicuntur.

III.  
Locris.

Delphice Phoebe] A Delphis Phocidis  
ciuitate Phœbus Delphicus dictus est, in  
qua nimirum oraculum fuit toto orbe ce-  
leberriimum.

Phœbus  
Delphi-  
cus.

Palma signa] victoriæ suæ testem. Pal-  
mam signum esse victoriæ diximus alibi,  
& notius est quàm ut hoc loco repetatur.

Palmas  
signum  
victoriæ.

Plutarchus causam reddit: In certamini-  
bus, ait, palmam signum esse placuit victo-  
riæ, quoniam ingenij eiusmodi ligni est,  
ut virgēibus opprimentibusq; non cedat.

Certabat plectro] Instrumento, quo fi-  
des plectuntur, hoc est, percutiuntur. Mar-  
tialis:

Exornent docilem garrula plectra lyram.

Spartyn commissus in hostem] In aduer-  
sarium Spartanum, id est, Aristonem. Spar-  
tyn, Græcus accusatiuus. Græcum epi-  
gramma, ut habent vulgati codices, secu-  
tus Alciatus, in errorem potuit impinge-  
re. Quod eò dico, quia vox, *σπάρτιν* vide-  
ri suspecta non temere potest. Certè San-  
ctius ex secundo hic adducto epigramma-  
te emendat, *Parthyn*. Sic legendum putat  
Nicolaus Gulonius, literarum Græcarum  
professor Regius:

πατρίδ' ὁ λοκρὸς ἰγῶ, & α

pro eo quod diceremus, κατὰ τὴν πατρί-  
δα ὁ λοκρὸς. sic enim recta erit carminis  
sententia, Eunomos enim Locrensis erat,  
non Spartanus: nisi fortè putet aliquis  
*σπάρτιν*, siue *πάρθων* esse cognomen vel  
agnomen quoddam, atq; citharæ dum il-  
lum fuisse binominem; quod nescio an de-  
beam probare.

Trita fides] frequenti tactu attrita, &  
tandem rapta chorda.

Capit cum stridere] dissonare. Scrideo  
Stridere] seu strido propriè est funium, cum sonum  
edunt: interim tamen frequenter ad alia  
transfertur. Horat. lib. 2. Serm. Sat. 8.

Stridere forata diuersos aure susurros.

Bombo]

**Bombus.**

**Bombo**] sono. Bombus sonus propriè, quem edunt apes. Transfertur etiam ad alios diuersos sonos, vt tubæ apud Lucretium lib. 4.

*Cum tuba depresso grauius sub murmure mugit.*

*Et reboat rancum retrocita barbara bōbū.*

**Bōbarda.**

Est autem factum per onomatopœiam ex sono βῶμ βῶμ. Hinc deducitur etiam Bōbarda, quasi bombizatio vel bombus ardens, vt Robertus Valerius putauit, lib. 10, de re milit.

**Argentans**] suauiter canēs. Cicadas stridere, & quasi cantus vocem sonoram edere, præsertim Sole æstuante, nemo non nouit. De his Virgilius in Culice.

*Argentis & cuncta fremūt ardore cicadis.*

**Cicadis cur tribu in canendi suauitas.**

*Suauis sese intulit ales*] Tribunt autem qui poetæ cicadis canendi suauitatem, uelicio ob quam causam: nam nostris locis & temporibus streperum & inamabilem edunt sonum. Homerus Troianos Oratores cicadis cōparat 3. Iliad. Et apud Theocritum in 1. Eidyl. pastor, qui Thyrsin commendare uult à carminis suauitate, melius eum canere quàm cicadas, rustica & pastoralis simplicitate dixit. Quod si coniectura locus, illud ex fabula antiqua ortum trahere autumo: nam Philostratus in Apollonij Tyanei uita, & Plato in Phædro, à Musis cantum habuisse cicadas scribunt, dicente sic Socrate: Fertur olim cicadas homines fuisse ante Musas; natis deinde Musis, cantuq; monstrato, illorum nonnullos uoluptate cantus vsq; adeo delinitos fuisse, vt canentes cibum potumq; negligenter, imprudenterque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum, cui Musæ hoc munus dederunt, vt alimonia nō indigeat, sed absque cibo potuq; quamdiu uixerit canter, postea uerò ad Musas proficiscatur, quam quis hominum Musam hic colat renunciaturum: illasq; gratas reddit mortalibus, prout huius uel illius fuerint studio mancipati: Sicut amantes Erato, saltatores Terpsichoræ, philosophos Urania, & sic deinceps. Meminit Cœl. Rhodigin. lib. 17. cap. 6. & Pierius lib. 26. Hieroglyph.

**Cicadarum fabula.**

*Quaq; allecā] illicio scilicet Musicæ.*

*Soni ad legem descendit] aptauit sese ad instrumenti musici concentum.*

*Ab altis Saltribus] à siluosis locis uenit opem latura mihi Eunomo, relictis nemo-*

ribus, in quibus potissimum frequentia est cicadarum.

*Ergo tua cicada] tibi sacræ.* Cicadas ob cantum Apollini sacræ esse docet Aristophanes in Nebulis, ubi scholiast. οἱ τῆς τῆς μῦσικῆς ὄντες ἀνά κενταὶ τῶ Ἀπολλωνί: id est: Cicada propter musicam Apollini consecrantur. Tradunt nonnulli aues omnes canoras Musarum uolucres appellari. Sed hæc iam dicta fuerūt Embl. 180.

*O sancta] Phœbe.*

*Ve firmus stet honor] Ne tanti miraculi memoria temporis uetustate deleretur, citharam Apollini cum cicada ænea infidēte consecrauit Eunomus; citharam enim Apollini ideo appingi, quod Musicæ & carminum auctor sit, paulò ante diximus. Val. Flaccus lib. 5. sic:*

*Musarum chorus & cithara pulsator Apollo.*

Ad finem huius Emblematis Græci particulam postreman̄ ita corrigit Gulonius:

*τῶν καὶ συμφῶνων μὴ ἔχο χάρι.*

quæ lectio, vt facilius probatur.

*Pro cithara] Ordo huius uelimi distichi est: Ergo ò sancte Apollo, ut honor tua cicada fiet firmus, id est, sit perpetuus; ipsa, scilicet cicada, sedet hic aeneus fidicen, id est, ex ære fusus fidicen, hoc est, tanquam fidicen: pro cithara, id est, super citharam. Nam uoluit exprimerè Græca ὑπὲρ κροθιάς. id est, super citharam. Vel exprope pro, id est, ante, quod uisitatus est apud Latinos. Cicero 2. Philip. Hasta posita pro æde Iouis statoris. Idem pro Milone: Illa præsidia, quæ pro templis omnibus cernuntis.*

**H V I V S** narrationis ἐξήγησις continet ἐπιγραφήν, nimirum *Musicam Dijs curæ esse*: quod etiam significat Homerus Iliad. 1. cum induxit Deos citharæ uentes post contentionem de Achille. Certe non modò paganorū scripta testantur, sed maxime libri sacri continent, quanta fuerit lege diuina Musicæ commendatio, vt 1. Reg. 16. & apud Regium Psalterium uarijs in locis. Confule D. August. de Ciuit. Dei 17. cap. 14. Nam præterquam quòd ipsius origo cælestis est, semper habita fuit ars consummatissima, vt quæ corporis habitudines, animiq; affectus, ac mores hominum componit, ideoque tam turpe olim fuit Musicam nescire quàm literas. Interponebatur enim non modò sacris, sed &

**Cicada Apollini sacræ.**

IV.

**Musica commendatio.**

omnibus oleennibus, omnibusq; lætis vel  
 eristicibus rebus. Nam vt in veneratione  
 diuina psalmi & hymni, ita in nuptijs hy-  
 menæi, & in rebus mœstis threni siue la-  
 mentationes canebantur. Vnde etiam à sã-  
 ctis Patribus in Ecclesia Dei hodie piè in-  
 stitutum, imò obseruari præceptum est, e.  
 perlectis, 25. distinct. vt diuinæ laudes in  
 celebrandis sacris cantu & psalmis, suauis-  
 busq; instrumentis peragerentur, nempe  
 iuxta Davidis exhortationem, qui vult re-  
 gni & exultationis suæ nos esse participes:  
 Sumite, inquit, psalmm, & date tympan-  
 num, psalterium iucundum cum cithara.  
 Sed ad quid? Vt laudetis Dominum in  
 tympano & choro, in chordis & organo:  
 Laudate eum in cymbalis bene sonantibus.  
 Idem Psalmista cum ministeria domus  
 Domini ampliaret, cãtores instituit. 1. Pa-  
 salp. c. 6. cantu siquidem fidelium deuotio  
 excitatur, cum huiusmodi consonantiæ  
 auditum demulceant, & psallentium Deo  
 animos torpere non sinant. Extrauag. Do-  
 sta sanctorum, de vita & honest. cleric.  
 Laudes enim diuinæ præcipuus Musica  
 finis esse debet, cui alter annectitur, animũ  
 demulcere, & humanas sollicitudines ex-  
 uere, quibus subinde depositis expedi-  
 tius animus ad diuinam transfertur. Siqui-  
 dem Musica penè infinita est, nec vllò in-  
 genio exhaustiri potest, quippe ea celestia  
 temperantur, mundana siue humana reg-  
 untur, animus eleuatur, & à curis eximitur,  
 exterriminatur sollicitudines, & partici-  
 patione lætitiæ & quietis exultatione  
 quadam in Deum mētes humana. a. l. Ange-  
 lorum societates trahuntur. Sentibus  
 voluptatem conciliat, nature harmoniam,  
 & intellectu beatitudinem quãdam elar-  
 gitur. Sanè laborum quoddam solatium  
 & lenimentum Musicam esse, æquis est,  
 qui inficias ire possit? Nam & ipsi agricola  
 rudes & callosi, æstiuo Sole labores alio  
 qui intolerabiles siluestri musã & cantu  
 attenuant: & rustica anus, que antelucanis  
 horis necere aut lanam ducere numquam  
 cessat, cantando omnia facit leuiora. Ipsa  
 etiam Musica post imbres & turbulentis-  
 simas tempestates fluctuantibus nautis  
 portus, peregrinantibus & fessis meta ac  
 requies, vinētis & carcere conclusis pro li-  
 bertate est. Sed & ipsi etiam infantibus  
 Musicæ vsũ à natura insitum videas, cũ  
 hotum vagitum ad nutritiũ cantum seda-

ri certum sit. De Musica potto vtilitate,  
 excellentia & laudibus plura habentur apud  
 Athenæum lib. 12. cap. 4. & lib. 14. c.  
 11. Macrobiũ lib. 2. in somnium Scip.  
 Ciceronem 1. Tuscul. quest. Cassiodorum  
 Variar. 2. epist. 40. Scripsit etiam Plutar-  
 chus elegantem commentarium de Musi-  
 ca: cuius vires quoque attingit posteriore  
 de fortuna & virtute Alexandri, & de co-  
 hibenda iracundia. Ex neotericis consule  
 Chassanum in catalogo gloriæ mundi  
 part. 10. confid. 51. Philip. Camerarium  
 Oper. succif. cap. 18. Balchasar, Castilio-  
 num in suo Anlico, lib. 1. Liliũ Gyradum  
 de hist. poer. dialog. 1. Guidonem Pã-  
 cirillum Rerum memorand. lib. 1. & om-  
 ninò Rodericum à Castro in suo Medico-  
 politico lib. 4. cap. 14. 15. & 16. Hisce ad-  
 de, quæ de Musica, & in quo eius cum re-  
 militari sit commercium, Robert. Valtu-  
 rius tradidit lib. 2. de re milit. c. 4. Si quis  
 plura vult, ad illustrationem huius Em-  
 blematis cõduxerit fortasse legere Plutar-  
 chi tractatum de Animæ procreatione, ad  
 finem. Sed vide num huc conciliare pos-  
 sis Strabonis illud ex lib. 10. εὐ μὲν γὰρ  
 εἰρηται καὶ τὸ το, τὸς ἀνθρώπους μάλιστα  
 μιμῆσθαι τὸς θεός. ὅταν ἐνεργῆται  
 αἰνεῖον δ' ἂν ἡγίησι, ὅταν ἰουδαμογασί-  
 τοῖτον δὲ τὸ χαίρειν καὶ τὸ ἐπράξεν, καὶ τὸ  
 φιλοσοφῆν, καὶ μάλιστα ἀπτεσθαι. Rectè  
 quidem dictum est, mortales tum maxime  
 Deos imitari, quando benefici sunt: rectius  
 verò quis dixerit, cum beati fuerint. Quod  
 ipsum est gaudere, fessos dies agere, & phi-  
 losophari, & Musicam attingere. Sed ni-  
 mis fortasse verbosè hætenus: finio, vbi  
 prius breuissimè reuigero documẽta, quæ  
 nobis præsens suppeditat Emblemata. Et  
 primum quidem, apud veteres Musicam  
 in magna laude habitam fuisse, & eius v-  
 sum in magnis quibusq; conuentibus, cõ-  
 uuiijs, sacrificijs profectum. Deinde il-  
 los, quamquam vera Dei cognitione de-  
 statutos, putasse tamen quẽdam esse vni-  
 na, quorum opem in rebus aduersis se spe-  
 tabant impetratos: vtq; hominum multa  
 variaq; conditiones essent, sic peculiare  
 esse Deos, credidisse. Præterea ijs, qui  
 temeraria quadam proterua contenderet,  
 & suis equalibus debitam omnem laudem  
 eripere conarentur, sæpenumero malè ce-  
 dere: ijs verò, qui modestè de se sentiret,  
 Deum vltro frequenter occurrere, adeò

Musica vires.

Musica laboris lenimen.

Aceruus documẽtorũ, quæ ex hoc Emblemate eruntur.



vt præter omnium spem de fortioribus victores euadant. Adhæc prodigia quadam & quasi arcanorum suorum recessus, Deum in rebus penè omninò desperatis ostendere, vnde memoria sempiterna transiret ad posteros. Multò etiam plura sunt recòditiònis sensus in hoc Emblemate, si singula diligentius appendi liceat: nempe æmulationem rerum honestarum incendere vires ingenij ad gloriam aucupandam. Inter pares portò æmulationem inflammari, cum nemo sit, qui ingenio velit cedere; & nonnunquam inter eos, qui pœria sunt dispares, vehementius excitari studium. Insuper garrulam & frigidulam

cicadam garrulo fidicini opem asperatã tulisse, & fiduciam iuuille. Demiquè pro impetrata ope Deo grates habitas, vt in casu sanè difficili. Claudius Minos id opportunè flectit in discordes ac funestas procerum Galliz rixas, specie religionis excitatas; nam post occisionem Principis, non cicada è solo nate, sed vnanimis nobilium cœtus harmoniam suppleuit impeditam & interturbatam, fideiq; concordem dedit, qua saluti Galliarum & nutanti imperio succurreretur. Vnde idem exclamat:

---- Dens nobis hac oria fecit:  
Namq; erit is nobis semper Deus.

Littera occidit spiritus viuificat.  
EMBLEMA CLXXXVI.



**V**IPEREOS Cadmus dentes vt credidit aruis,  
Scuis & Aonio semina dira solo:  
Terrigenum clypeata cohors exorta virorum est;  
Hostils inter se qui cecidere manu.

Enfero